studiorum adoris fabricam non negauit. Non sic pernix & heracta
neruis arundo proscendit. quemadmodum inuenta ingenii uestri
sermo discribit. Nulla languisc& obice nullis tardatur obstaculis
sic per uia quaecumque se illi difficultas obtulerit. & mirum in
modum per allegationis per tuam mutatur natura causarum. hoc sa
cis in merito negotium habuisse quod capias. ueritas est quod
cumque prouerit ate narratis. hinc cautis iudicibus non lic& repug
nare minutissimi discussores opinionis lucrum aestimant
si sequantur quo pertrahit oratio imperiosa captiuus. huic ego
linguae his opibus reuerentiam fateor ad quam primus cucurri
debeo singularem. & opto esse plurima quae mihi ad caritatis
fibolam agenda mandentur. sed quae iniunxistis de religiosis
feminis speciosa & germanis eius male est animo quod inplere
non potui. Nihil enim nunc mihi cum illis residuum est familiaritatis
aut pignoris. maxime quia indisiunctis ciuitatibus degunt. ad
quas tamen missas ad me litteras mox direxi quae responsum usq;
ad illa quibus se uiderent tempora protulerunt. ego ne magnitu
dinem uestram suspensam tenerem scribta prorogaui mox ad uos
peruenit & si quid mandauerint quod lib&at indicari. Nunc hono
rificentiam salutationis impertiens rogo ut mihi magis cum ec
clesia sublimitas uestra si qua sunt agenda committat. quia puto
me in adfinium uestrarum causa uel matronae amici circa uos
diligentiam pectoris non celasse .:.

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPS SCI LIBEL
LUS ADUERSUS EOS QUI CONTRA SYNODUM
SCRIBERE PRAESUMPSERUNT. PRAEFATIO.

Sol& dicendi affectum multarum rerum ardor exigere sicut
auarus laudis est animus & fauorem desiderat sudore mercari.
aut per blandimenta gloriae crucem narrantis ignorat. aut lucri
adstrictus conpedibus linguae uendit obsequium. ut dum animus
habendi cupidine subiugatus praesumptum aestimat iam tenere
conpendium. si cingruentia per stili exercitium nescit temere.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0071